

BARTHOLOMÆI PITISCI  
GRVNBERGENSIS

# PROBLEMATVM

ASTRONOMICORVM

LIBER PRIMVS.

De motu revolutionis stellarum omnium  
communi,


*Sive*

De motu cœli diurno.

PROBLEMA PRIMVM.

*Altitudinem Solis supra horizontem quovis momento  
deprehendere. Ptol. lib. 2. c. 5. Cop. lib. 2. c. 6.*

Altitudo Solis supra horizontem rectissimè capitur,  
per Quadrantem. At colligi tamen etiam potest ex um-  
bris, sive rectis: sive ver-  
sis: hoc modo. Sit pla-  
nū horizontale CED,  
& in eo gnomon per-  
pendiculariter erectus  
EF, extremitate sua F,  
centrum mundi refe-  
rens, & in partes æqua-  
les quotlibet, verbi gra-  
tia, in partes æquales  
100 divisus. Et sit ob-  
servata umbra recta Solis EG, sparsa à summitate corporis



E e

Sola-